

LA PAU I TREVA DEL ROSSELLÓ DE L'ANY 1217

GENER GONZALVO I BOU

RESUM

Aquest article està dedicat a estudiar unes constitucions de pau i treva inèdites, que el comte de Rosselló i Cerdanya Nunó Sanç, nét de Ramon Berenguer IV, establí per als bisbats d'Elna i Cerdanya, en una assemblea d'eclesiàstics, barons i ciutadans, l'any 1217. El fet de proclamar aquesta pau i treva —sens dubte la disposició jurídica més important de Nunó Sanç— es degué a les bandositats i al gran desordre d'aquests territoris, provocats, sobretot, per les classes nobiliàries. També les determinà pels enfrontaments amb el veí comte de Foix.

Des del punt de vista jurídic, les constitucions de pau i treva de 1217 estan clarament inspirades en les proclamades a Lleida l'any 1214, durant la minoritat del govern del comte rei Jaume I. Finalment, en un apèndix, publiquem senceres les constitucions rosselloneses de 1217, localitzades en un dels reculls documentals francesos del segle XVIII, molt valuós, atès que no conservem ni el document original ni cap còpia posterior.

PARAULES CLAU

Pau i treva, comte Nunó Sanç, Rosselló.

ABSTRACT

This article studies unpublished constitutions of the establishment of peace and truce by the count of Rosselló and Cerdanya, Nunó Sanç, grandson of Ramon Berenguer IV, for the bishoprics of Elna and Cerdanya, in an assembly of priests, nobles and citizens in 1217. The proclamation of this peace and truce –undoubtedly the most important legal arrangement made by Nunó Sanç– was due to the existence of bandits and to great disorder in those territories, mainly caused by the nobility. It was also due to conflicts with the neighbouring count of Foix.

From the legal point of view, these constitutions of peace and truce in 1217 are clearly inspired by the ones proclaimed in Lleida in 1217, when the count-king Jaume I was underage. Finally, as an appendix we publish the entire Rosselló's constitutions dated from 1217, found in some French documents of the 13th century, which are very valuable since neither the original document nor any later copies have been kept.

KEY WORDS

Peace and truce, count Nunó Sanç, Rosselló.

Ja fa uns quants anys, vaig preparar l'edició crítica de totes les constitucions de pau i treva de Catalunya; semblava que exhaurien el tema,¹ ja que totes les compilacions —molt abundants al segle XIV i recollides després a les Constitucions de Catalunya— eren molt homogènies i, per tant, vaig descartar, en les meves investigacions, de cercar algun text nou de pau i treva.

Fa poc temps, però, consultant l'Arxiu del Departament dels Pirineus Orientals, a Perpinyà, vaig tenir indicis d'unes constitucions de pau i treva promulgades per als antics comtats de Rosselló i Cerdanya. Al final, en un dels reculls compiladors de la Il·lustració francesa del segle XVIII, vaig localitzar les constitucions de pau i treva per als comtats de Rosselló i Cerdanya, promulgades pel comte Nunó Sanç (1190-1242), vàlides per als seus dominis, i que daten de l'any 1217. Fent més recerca, vaig comprovar que no es conserva el document original, ni cap còpia posterior, i, per tant, la publicació moderna és l'única que conserva el testimoni d'aquestes constitucions.²

Per la data de l'assemblea rossellonesa —1217—, cal situar aquesta promulgació durant el conflictiu període de la minoria d'edat del comte rei Jaume I. Aquesta és una etapa molt poc estudiada —i tanmateix fonamental—, i per ara els millors estudis són els de Ferran Soldevila.³ Sabem que en aquesta època va perillar la continuïtat de la monarquia catalanoaragonesa, després del desastre de Muret de 1213 i la intervenció dels croats de Simó de Montfort. En aquest sentit, també seria molt interessant suggerir que s'estudiés molt a fons el Consell de Regència i la intervenció del papat, per tal de salvar la institució cabdal del nostre país, quan el nostre jove monarca fou educat pels templers de Montsó.

No cal dir que en aquests temps d'incertesa les bandositats i els desordres de la noblesa foren notables, amb nombrosos enfrontaments armats i abusos envers les capes més desprotegides de la societat. Per aquest motiu, el papat aplegà una gran assemblea de pau i treva l'any 1214 a Lleida, de manera que servís de base per restablir l'ordre estamental i assentar la continuïtat de la nostra institució monàrquica, tan afeblida en aquells moments crítics.

D'aquest desordre polític i social, no se n'escaparen els comtats de Rosselló i Cerdanya. En aquest sentit, aquest mateix període històric tampoc no està gaire estudiat pel que fa als comtats esmentats, i només tenim referències dels estudis de Bernat Alart, que estudià les lluites entre barons dels dominis de Nunó Sanç i, sobretot, les intromissions del comte de Foix.⁴ Per aquestes raons, Nunó es decidí a con-

1. Gener GONZALVO I BOU (1994), *Les constitucions de pau i treva de Catalunya (segles XI-XIII)*, Barcelona, Departament de Justícia de la Generalitat de Catalunya. Per a una síntesi de la institució de la pau i treva catalana, Gener GONZALVO I BOU (1986), *La pau i treva a Catalunya. Origen de les Corts Catalanes*, Barcelona, La Magrana.

2. LUC D'ACHERY, *Spicilegium* (1756), vol. III, París, p. 587-589.

3. Ferran SOLDEVILA (1968), *Els primers temps de Jaume I*, Barcelona, Institut d'Estudis Catalans.

4. Bernard ALART (1878), *Privileges et titres relatifs aux franchises, institutions et propriétés communales de Roussillon et de Cerdanye*, Perpinyà, p. 111-113.

vocar una assemblea de pau i treva que l'assentés en el poder i restablís l'ordre públic en els seus comtats, i que, al capdavant, esdevindria un dels documents cabdals de tot el període en què governà. Cal dir —i aquest aspecte és fonamental— que les constitucions de pau i treva de 1217, des del punt de vista jurídic, prenen com a model precisament les promulgades a Lleida el 1214;⁵ d'aquí que, en notes, comparem ambdues promulgacions constitucionals.

Així doncs, les constitucions de pau i treva per als comtats de Rosselló i Cerdanya —el text especifica per a «les diòcesis d'Elna i Cerdanya»— aplegaren els barons, els eclesiàstics —amb el bisbe d'Elna al capdavant— i els ciutadans de les viles rosselloneses.

Ara estudiarem el contingut d'aquests acords de pau i treva. En primer lloc, es protegeixen les esglésies, els cementiris i les seves sagreres.⁶ També tenen salvaguarda els clergues, els monjos, les monges, els templers i els hospitalers i els seus vassalls.⁷ A continuació, s'emparen les vídues i els orfes,⁸ els guiatges, els penons i les regalies, i totes les persones que van i vénen de la cúria del comte rossellonès.

També reben protecció els homes de les viles i ciutats, els jueus i sarraïns, i els camins públics, amb els pelegrins, els mercaders i totes les persones que hi circulin.⁹

Naturalment, dins la protecció de la pau i treva hi són inclosos els pagesos —amb els seus estris de treball— i els animals de llaurança, els colomars, els molins i els fruits dels camps.¹⁰

Les constitucions de 1217 condemnen durament els incendis provocats, que reben el sever càstig de l'excomunió.¹¹

Quan aquestes paus i treves siguin trencades, els infractors tindran un termini de quinze dies per restituir el mal comès. Ho hauran de fer davant dels veguers del comte o bé del bisbe, i les penes seran pecuniàries. En cas que no ho facin, rebran l'excomunió eclesiàstica per part de l'episcopat.¹² S'exclouen també d'aquestes disposicions de pau i treva els heretges i els lladres manifestos.¹³

Finalment, el comte disposa que aquestes constitucions tinguin una validesa de deu anys. A més, Nunó Sanç fa jurar la pau a tots els seus súbdits majors de catorze anys.¹⁴

5. Gener GONZALVO I BOU, *Les constitucions...*, doc. 23, p. 132-141.

6. 1214, constitució I.

7. 1214, constitucions II i VIII.

8. 1214, constitució III.

9. 1214, constitucions IV i V.

10. 1214, constitucions VI i VII.

11. 1214, constitució XVII.

12. 1214, constitució XXVI.

13. 1214, constitució XXII.

14. 1214, constitució XXIX. La validesa de les constitucions de 1214 és per tres anys.

Com ja hem esmentat, aquestes constitucions de pau i treva foren un dels documents jurídics més importants —per no dir el més rellevant— de tot el període històric de la vida del comte Nunó Sanç, nét del comte de Barcelona Ramon Berenguer IV. Sabem que els enfrontaments nobiliaris continuaren prodigant-se en els comtats de Rosselló i Cerdanya, malgrat la promulgació d'aquestes paus i treves. Tanmateix, el comte intentà, amb la pau i treva, de donar rellevància política a la seva autoritat, utilitzant aquesta institució jurídica de tanta tradició a Catalunya, des del segle XI fins al segle XIII. Per la importància de les constitucions de 1217, publiquem aquest text, que fins ara ens era desconegut, perquè serveixi així per fer una aportació a la història política i jurídica de la Catalunya del segle XIII.

APÈNDIX DOCUMENTAL

1217, octubre, 2.

Nunó Sanç, comte de Rosselló i Cerdanya, proclama unes constitucions de Pau i Treva, vàlida per als territoris de les diòcesis d'Elna i Cerdanya.

A. Original, perdut.

B. ACHERY, Luc d', *Spicilegium*, vol. III, París, 1756, pp. 587-589.

Ad honorem Dei omnipotentis qui auctor pacis est et amator caritatis, et glorio-sae genitricis eius Virginis Mariae, et Omnium Sanctorum. Nos, Nuno Sancii, domi-nus Rossilionis, Confluentis, Cerritaniae et Vallispirii, consilio et voluntate et auctori-tate dilecti patris nostri Galteri, Dei gratia Elnensis episcopi, et consilio baronum nostrorum, tam civium quam burgensium, antecessorum nostrorum sequentes vesti-gia, publicaue utilitati totius terrae nostrae consulere providentes, paces et treugas facimus et constituimus in tot episcopatu Elnensi et Cerritaniae.

Sed cum ea quae divino cultui fuerint deputata primo prae oculis debeamus ha-bere, in prima pacis constitutione, sub pace et treuga poni mus omnes ecclesias cum earum coemeteriis et sacrariis, quae speciali hominum censura qui bonis Dei intelli-guntur, et cum omnibus rebus earum mobiolibus et immobilibus, et se moventibus, et cum hominibus earum et rebus.

Item, sub hac pace et treuga ponimus et constituimus omnes clericos in quo-cumque sint ordine constituti, et monachos regulares, sanctimoniales, hospitalarios, templarios sive fratris Sancti Sepulcri, et omnes alios viros religiosos et monasteria omnia, et quelibet loca religiosa, et omnes honores et possessiones eorum, et alias res mobiles et immobiles et se moventes.

Item, emunitates sive salvetates hospitalaris Ierosolymitani sub eadem pace constituimus, et aliorum venerabilium locorum. Statuimus tamen quod de cetero do-

mus Templi et Hospitalis, vel alius venerabilis locus religiosus non recipiat novas salvetates sine consilio domini episcopi et vicarii nostri.

Item, sub hac pace sint viduae et orphani et pupilli, et res eorum mobiles et immobiles et se moventes. Item, guidatica, et pennones, et omnia regalia firmiter observari et custodiri, sub hac pace et securitate iubemus, etiam omnes venientes ad curiam nostram, stando, eundo et redeundo, cum omnibus rebus eorum mobilibus et immobilibus et se moventibus.

Item, sub hac pace sint cives, burgenses et omnes alii castrorum et villarum, ecclesiarum et locorum religiosorum habitatores, sive in villis, vel civitatibus, vel aliis locis habitantes, et omnes eorum possessiones, pignora et universa, tam mobilia quam se moventia.

Item, sub hac pace sint omnes iudaei et sarraceni, qui videlicet sub fide et custodia in terra nostra habitantes, et omnes res et possessiones eorum.

Item, sub hac pace sint camini et strate sive viae publicae, et omnes homines, tam domestici quam peregrini, mercatores, aliique per eas euntes et redeuntes, cum omnibus quae secum ducant vel portaverint; et ut nullus idem iter agentes invadat, vel in corpore proprio, sive in rebus suis aliquid injuriae sive molestiae inferat; militibus exceptis et eorum filiis, qui inter se manifeste guerram habuerint; et exceptis propriis hominibus, quos dominis in camino capere liceat.

Item, villanos et villanas ecclesiarum et monasteriorum, et aliorum locorum religiosorum et nostri, et omnes res mobiles et immobiles vel se moventes, sub pacis et treugae securitate constituimus. Verum si cum armis in maleficio fuerint deprehendi, damnum eis ibi illatum non requiratur pro pace fracta; ita tamen auod si infra terminos castrum in quo habitantes fuerint capti sine aliqua redemptione, absolvantur; si vero ultra terminos castrum exierint cum armis et capti fuerint, vel aliquod malum acceperunt, non requiratur pro pace fracta; sibi enim imputent, nisi res suas sequerentur. Homines vero militum si in maleficio deprehendantur, non requiratur pro pace fracta sive damnum acceperint, sive capiantur.

Item, statuimus et ponimus sub pacis et treugae securitate villanos et villanas militum, tam de alodiis quam de feuodis, cum omnis bestiis minutis vel grossis, sive cum omnibus animalibus parvis vel magnis, sive sint aratoria, sive non, vel apta ad arandum sive non, cum instrumentis aratoriis, et cum suis bubulcis, sive qui ea custodierint et gubernaverint, ita quod nullus eorum animalia capiat, nec etiam in proprio corpore praedictorum rusticorum aliquod damnum inferat, nisi in maleficiis inventi fuerint, vel in cavalcadis cum dominis suis aut cum aliis ierint. Item, bestias ararias militum cum instrumentis, et cum eis qui eas custodierint et gubernaverint, sub eadem pace et securitate constituimus. Item, sub eiusdem pacis regimine sint apud alvearia, sive palumbaria, molendina, palearia, oliveta et fructus eorum cuiuscumque sint.

Item, sub predictae pacis constitutione mandamus firmiter statuimus, quod si aliquid sic pro indiviso aliquorum fuerit commune, quod aliqua pars sit sub treuga,

alia non, illa pars quae fuerit sub treuga salvet aliam quae non sit sub pace. Prohibemus insuper ne aliquis incendium mittat, vel ignem ad nocendum supponat etiam si guerram habuerint, quod si fecerit tamquam invasor pacis habeatur.

Si quis vero praescriptam pacem in aliquo vel in aliquibus capitulis infringere, vel violare praesumpserit, infra quindecim dies ad monitionem vicarii nostri, vel domini episcopi damnum componat illi cui malum fecerit in simplum; post quindecim vero dies, duplum, praestandis insuper sexaginta solidis nobis et episcopo ad quos querimonia fractae pacis et treugae dinoscitur pertinere, si milites fuerint vel eorum filii et nobiles baiuli, vel homines villarum qui pacem violaverint; rustici vero, et alii homines poenam praesent viginti solidorum, dividendum secundum quod in pacibus antecessorum nostrorum invenitur statutum. Et insuper si infra praedictos quindecim dies per nos, vel per episcopum, vel per vicarium nostrum, vel nuntios idem temerator damnum non emendaverit, exinde ipse malefactor et complices sui, cadjutores et consiliatores eius ab episcopo excommunicentur, et postea a praedicta pace et treuga separati intelligantur, ita quod malum quod propter hoc eis fuerit illatum non requiratur pro pace et treuga fracta; salvis tamen aratoriis, animalibus et suis frumentis, apum alveariis, palumbariis, molendinis et olivetis. Sed si malefactor et coadjutores eius iamdicto querelanti ullum malum fecerint, emendetur pro pace fracta.

Ab hac autem pace excludimus hereticos manifestos et eorum credentes atque fautores, fures et latrones, et eorum receptatores, et publice excommunicatos, nisi voluerint se emendare ad mandatum episcopi. Statuentes insuper firmiterque mandamus ut nullus eos defendat, imo manifestet eos et omnibus modis devitet. Volumus praeterea ut nullus pacis violatores manuteneat, nec aliquis qui sit bausator appellatus, nisi qui se voluerit per iudicium curiae exiire. Ad insuper, firmiterque statuimus et iubemus, quod ea que ab antecessoribus nostris statuta sunt de pacibus et treugis servandis atque tenendis, inviolabiliter ab omnibus teneantur, serventur et custodiantur.

Violatores autem pacis satis dare, et pignora mittere in manu vicarii nostri in propriis personis, si tamen dominus qui eos ad maleficium duxerit, vel ad guerram voluerit pignora mittere pro se, et pro militibus, et pro omnibus qui de domo et familia sua fuerint, recipiatur. Si vero homines monasteriorum vel aliorum locorum religiosorum inter se damnum dederint in corpore sive in rebus, et querimonia ista ad vicarium nostrum pervenerit, remittat eum vel eos ad dominos proprios, et si infra quindecim dies damnum in posse dominorum suorum resarcire noluerint, aut directum firmare, deinde vicarius accipiat pignora in personis propriis, et causa illa sine debito sub eius examine terminetur.

Item, statuimus et mandamus, ut paces istae et treugae sint firmae et durature ab hac die usque ad festum proximum Omnium Sanctorum, et a festo Omnium Sanctorum usque ad decem annos continuos et completos. Item, statuimus firmiter et mandamus, quod nullus expugnet aliquod castrum vel aliquam munitionem cum

gusca vel pererio vel manganello, vel cum alio genere lignorum prout in usaticis antecessorum nostrorum statutum est.

Item, statuimus atque jubemus quod omnes milites, et cives, burgenses et homines villarum a quatuordecim annis et supra paces istas iurent ut eas teneant, et defendant fideliter sine fraude. Quicumque autem admonitus a domino episcopo vel a nostro vicario, ab episcopo si jurare eas noluerit excommunicetur, et sit a pace et treuga exclusus, et cogatur per pacem eam jurare.

Hanc autem pacem statuimus salvis juribus et libertatibus ecclesiarum, et nostris atque militum, et salvis in omnibus consuetudinibus Perpiniani.

Ad majorem itaque firmitatem istarum pacium et treugarum, nos Nuno Sancii juramus manibus nostris propriis per Deum et haec sancta quatuor Evangelia, praedicta omnia, ut dictum est, fideliter observare atque defendere sine fraude et aliquo ingenio.

Actum est hoc sexto nonas octobris, anno Domini M CC XVII.

Nuno.